

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

CLXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

## CLXIV.

RUDOLFI I. IMP. DECRETUM, AD PETITIONEM HEINRICI MARCHIONIS DE HACHBERG EDITUM, NE QUIS INTRA COMITIÆ CUJUSCUNQUE LIMITES ABSQUE COMITIS CONSENSU MUNIMENTUM ALIQUOD CONSTRUAT.

ANNO MCCLXXIX.

*Ex autographo Abbatiae Tennebacensis.*

**N**OS RUDOLPHUS Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis sacri Romani Imperii fidelibus presentes literas inspecturis volumus notum esse, quod nobis anno Domini M. CC. LXX. IX. Indictione septima Vienne pro tribunali sedentibus, ad instantiam Nobilis viri H. *Marchionis de Hahper*, per communem omnium astantium sententiam est obtentum, quod nullus homo, qualiscunque conditionis fuerit, in alicujus Comitum Comicia castrum vel municionem aliam qualemcunque erigere sive construere debeat, nisi prius ipsius Comitum super eo requisito beneplacito & obtento.

Quam sententiam utpote rite & racionabiliter latam approbantes & etiam confirmantes universis vobis inhibemus, ne quis Vestrum sententiam hujusmodi violet vel infringat. Datum Viennæ die & loco predictis regni nostri anno sexto.

*Cod. Dipl.*

M m